Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD ROMA

h esse ad mortem. Nam peccatum
occasione accepta per mandatum se
duxit me et per illud occidit me. Ita
q; lex quidem sancta et mandatum
sanctum et iustum et bonum. Re
ergo bonum est mihi factum est
mors absit. Sed peccatum ut
appareat peccatum per bonum opa
tum est mihi mortem ut fiat su
pra modum peccans peccatum p
mandatum. Scimus autem quod
lex spiritualis est. Ego autem carnal
sum uenundatus sub peccato. qd
enim operor non intelligo. Non enim
quod volo bonum hoc ago. sed quod
odi malum illud facio. Si autem
quod nolo illud facio consentio le
gi quoniam bona est. Nunc autem
iam non ego operor illud. sed quod
habitat in me peccatum. Scio enim
quia non inhabitat in me. hoc est
in carne mea bonum. Nam uelle
adiacet mihi. perficere autem bonum
non in uenio. Non enim quod volo bo
num hoc facio. sed quod nolo ma
lum hoc ago. Si autem quod nolo
illud facio. non ego operor illud. sed
quod habitat in me peccatum. In
uenio igitur legem volenti mihi
facere ~~legem~~ bonum qm mihi ma
lum adiacet. Igitur lex mihi uo
lenti bona est. Condelector enim le
gi dei secundum interiorem homi
nem. uideo autem aliam legem in men
bris meis. repugnantem legi men
tis mee. et capiuantem me in lege
peccati que est in membris meis.
Infelix. Ego homo. quis me liberab
de corpore mortis huius. Gratia autem
dei per iheshum christum dominum nrm.
Igitur ego ipse mente seruio legi dei
carne autem legi peccati. VIII

Nihil ergo nunc damnatio
nis est his qui sunt in xpo
iheshu. qui non secundum car
nem ambulant. Lex enim spiritus uite
in xpo iheshu liberauit me a lege pe
cati et mortis. Nam quod impossibile
erat legi in qua infirmabatur per
carnem deus filium suum mittens
in similitudinem carnis peccati. et de
peccato damnauit peccatum in
carne ut iustificatio legis impleretur
in nobis. qui non secundum car
nem ambulamus sed secundum
spiritum. Qui enim sedum carnem
sunt. que carnis sunt sapiunt. qui
uero secundum spiritum que sunt
spiritus sentiunt. Nam prudentia
carnis mors est. Prudentia autem
spiritus et uita et pax. quoniam sa
pientia carnis inimica est deo. legi
enim dei non est subiecta. nec enim pot
Qui autem in carne sunt deo placere
non possunt. Vos autem in carne non
estis sed in spiritu si tamen spiritus dei
habitat in uobis. Si quis autem spi
ritum xpi non habet. hic non est eius. Si
autem christus in uobis est. corpus quidem
mortuum est propter peccatum. spi
ritus uero uiuit propter iustificatio
nem. Quod si spiritus eius qui suc
citauit iheshum christum a mortuis
habitat in uobis. mortuus uiuificabit
et mortalia corpora uestra propter in
habitantem spiritum eius in uobis